


R. 13425  
1

# DECISIO

S. ROTAE ROMANAE  
Coram Reuerendiss. D.

# COCCINO

DECANO.  
IN CAUSA  
Hispalen. Decimarum.



ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apostolicæ. MDCXXXVI.

SUPERIORVM PERMISSV.

DECISSIO

ROTAE ROMANAE

Coram Reuerendiss. D. ...

COCCLINO

DECANO

IN CAUSA

Hispalen Decimarum

[Faint, illegible text, likely the main body of the document]

[Faint text at the bottom of the page]



PO XI. voluit quod Collegia Venerabilis Societatis IESV, quoad bona acquisita quae proprijs manibus, vel per proprios Colonus excolunt, loco decimae soluerent vigesimam, & in hac parte moderatus fuit amplissima privilegia Pauli Tertij, Pij Quarti, & Sanctae mem. Gregorij XIII. quoad testamenta, & species de quibus de iure vel de consuetudine circumscriptis privilegijs decimae solui deberent. Ad quae privilegia, Sanctae mem. Gregorius XV. Societatem praedictam restituit, Et Sanctissimus D. N. huiusmodi restitutionem ad moderationem Leonis restrinxit, oratenus declarando, vt praeter dictas Partes Iesuitae, quod si vigore communicationis privilegiorum aliorum Regularium habent privilegium exemptionis, non sint suae intentionis quod Patres Iesuitae essent peioris conditionis quam alij Regulares; quare pretendens Capitulum Hispaleñ esse in possessione exigendi decimas iuxta dictam moderationem Leonis contra Collegia existentia in Ciuitate, & Diocesi Hispaleñ Ideo dubitavi an dicto Capitulo sit dandum mandatum de manutenendo, quod cum non detur, nisi constet de possessione. *hodie instrit. de interd. quia ex assistentia iuris non datur nisi in iurisdictionibus ut in e. cum persona de privileg. in 6. vt late fuit ostensum in alia Corduben. decimarum. 30. Aprilis huius anni coram me*, hac de causa Capitulum tenetur plenè, & concludenter probare suam possessionem post dictam moderationem Leonis, quam probationem Capitulum pretendebat resultare contra Venerabilia Collegia de Excisa, de Ossuna, & de Marchena, ex testibus, qui dantur in Summario numer. 2. 3. & 4. & contra alia Collegia ex testibus, qui fuerunt dati in Summario num. 18. & ex alijs per dictum Capitulum deductis, vt infra.

Coeterum his non obstantibus Rota censuit non competere dicto Capitulo mandatum de manutenendo, quia solutiones fuerunt factae coactè, & metu censurarum, quare non constituunt recipientem in quasi possessione exigendi *Abb. in e. cum olim il 3. nu. 9. & 10. de reb. spoliat. Verall. decis. 330. & 331. part. 2. Achill. decis. 11. de penson. Seraph. decis. 1017. num. 6. Puteus decis. 233. lib. 2. in correclis Cesar de Graffis decis. 7. de testib. & in recent. decis. 567. nu. 4. part. 1.* qui enim soluit metu censurarum, & non alias non dicitur soluere animo acquirendi aliquod ius aduersario, sed potius timore censurarum, vt considerat *Puteus loco allegato, & Verall. d. decis. 330. & fuit resolutum in allegata Causa Corduben. coram me.*

Quod autem solutiones fuerint factae metu censurarum satis deducitur ex comparationibus factis per Michaellem Garziam procuratorem Societatis IESV quidando listam fructuum perceptorum de annis 1610. & 1611. & 1612. & alias pluries, vt in summario dato in responsione protestatus fuit se dare dictam listam metu censurarum, & Collegia non teneri ad solutionem decimarum, & testes examinati pro parte Collegiorum, qui fuerunt dati in summario num. 4. clare deponunt, quod solutiones fuerunt factae metu censurarum à die concessionis

Breuis

Breuis Leonis, & concordant duo testes Capituli vt in summario num. 5. Et respectu Collegij Ciuitatis Hispalens; cum contra ipsum fuerit relaxatum mandatum de anno 1606. protestatum fuit appellando, & soluit metu dicti mandati prout in eadem protestatione soluit pro quibusdam seqq. annis, vt in summario num. 3. appellando ad Sedem Apostolicam, quæ protestationes multum suffragantur *Aymon. consi. 114. num. 6. Ros. decis. 196. nu. 3. part. 1. diuers. Seraphin. decis. 1047. num. 11. S. m. Greg. decis. 365. nu. 2. vbi adden. & decis. 241. nu. 6. part. 1. recent. Gratian. discipul. 370. nu. 38. & dictæ protestationes cenentur repetitæ in quolibet actu, cum semper durauerit causa ipsius metus Achill. dec. 11. de pens. add. ad d. decis. 365. vers. sufficit autem, Gratian. vbi supra num. 40. & sentit. decisio in d. Causa Corduben. vers. vni d. fecit.*

Non obstant partitæ librorum Capituli, in quibus reperiuntur descriptæ solutiones quia omisso quod liber Capituli non probat in præiudicium tertij *L. instrumental. rationes. l. exemplo C. de probat. Barr. in Ladmonendi num. 26. & ibi Ripan. 121. de iure iurand.* & fuit sepiusimè resolutum eoque magis, quia punctus non stat in solutione, sed in solutione facta metu censurarum, quæ propterea non suffragatur vt supra dictum fuit, & hac eadem responsione tolluntur dicta testium, cum ius non stet in solutione, sed in solutione libera, quæ hic non adest vt supra ostensum fuit.

Non obstant listæ datæ a Ioâne Seron procuratore Collegij de Ossuna de anno 1616. & aliæ datæ a Gregorio de Aguillar asserto protectore Collegij de Marchena de anno 1619. sine aliqua protestatione vt in summario num. 12. & 16. quia controuertitur an sint in forma probanti, sed vt cumque sint dantur aliæ protestationes factæ, quæ tanguat nedum dictum tempus sed etiam tempora posteriora, in quibus protestationibus dicitur, quod nec Collegium Ciuitatis Hispalens, nec alia Collegia tenentur ad dictas decimas, & cum istis protestationibus fuerunt datæ listæ in summario in responsione dato.

Neque displicebat aliquibus ex Dominis, quod cum materia sit turbida, videretur de bono iure, quia Patres Iesuitæ prætendunt, quod licet, proprium priuilegium fuerit moderatum per Leonem, non tamen fuerint sublata priuilegia aliorum Regularium ad ipsos etiam spectantia per communicationem, & ideo cum antè dictum Breue Leonis Iesuitæ essent in possessione non soluendi decimas, dum postea superuenit dictum Breue Leonis, ex quo Capitulum prætendit titulum cum possessione, quæ tamen redditur turbida ex protestationibus Patrum. An hæc suffragetur Capitulo non obstantibus protestationibus penderet ex eo an communicatio Priuilegiorum suffragetur Iesuitis, & hoc est videntum, quia quando possessio est turbida, & penderet a negotio principali non datur manutentio, nisi prius disputato negotio principali, vt fuit dictum in *Antoniana bonorum 6. Nouembris 1562. coram bo. me. Oradino, & in Siracusana. Abbatisatus 1. Decembris 1598. coram bo. me. Episcopo Pacen. & in alia Vlixbonen. Concordia 5. Maij 1599. coram bo. mem. Iusto, & in alia Pistorien. Prioratus 13. Maij 1615. coram Eminentissimo D. vno Cacciniale Verospio.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.